



FORMUŁY MODLITWY POWSZECHNEJ W JĘZYKU ŁACIŃSKIM

(Missale Romanum 2002, appendix V)

TEMPORE „PER ANNUM” (I)

Sacerdos:

In unum congregāti, fratres caríssimi, ad Dei nostri benefícia recolēda,
rogémus eum, ut ipse nobis vota subíciat, quæ digne possit audíre.

Intentiones:

- I. Pro Pontífice nostro **N.**, et Antístite nostro **N.**, et omni clero cum pópulo ipsórum gubernáculis commendáto, Dóminum deprecémur.
- II. Pro moderatóribus rerum publicárum eorúmque mínístris bonum commúne curántibus, Dóminum deprecémur.
- III. Pro navigántibus, iter agéntibus, et captívís vel in carcéribus deténtis, Dóminum deprecémur.
- IV. Pro nobis ómnibus fide, devotióne et Dei dilectiόne ac timóre in hac aula sacratíssima congregátis, Dóminum deprecémur.

Sacerdos:

Fiant, Dómine, tuo grata conspéctui vota supplicántis Ecclésiæ, ut tua nobis misericórdia conferátur quod nostrórum non habet fidúcia meritórum.

Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.